Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

ille egressus cepit prædicare et dif
famare sermonem. ita ut iam non
posset manifeste in ciuitate in
trare, sed foris in locis desertis
esse. Et conuenebant ad eum undi
que. Alia oratio. Ad thymotheum. v.

Karissime. Presbiteri qui bene pre
sunt duplici honore digni
habeantur maxime qui la
borant in uerbo et doctrina.
Dicit enim scriptura. Non ob
turabis os bouis triturantis.
et dignus est operarius mercede
sua. Aduersus presbiterum accusa
tionem noli recipere. nisi sub duo
bus aut tribus testibus. Peccantes coram omnibus argue. ut ceteri timorem habeant. Testificor coram deo et ihesu xpo et electis angelis ut hec custodias sine præiudicio nichil facies in alia parte declinando. Sanctum

Nullo t. Ait ad ihesum quidam de turba. Magister dic fratri meo ut diuidat mecum hereditatem. Ac ille dixit ei. Homo quis me constituit iudicem aut diuisorem super
uos. Deinde ad illos. Videte et
cauete ab omni auaritia. quia non in habundantia cuiusquam uita
eius est ex his que possidet.
Dixit autem similitudinem ad illos
dicens. Cuiusdam diuitis
uberes fructus agri attulit. et
cogitabat in se dicens. Quid
faciam quia non habeo quo congregem
fructus meos. Et dixit. Hoc fa
ciam. destruam horrea mea et ma
iora faciam. et illuc congregabo
omnia que nata sunt mihi et bo
na mea. et dicam anime mee. Ecce
habes multa bona posita in
annos plurimos requiescere comme
de. bibe. epulare. Dixit autem illi
deus. Stulte diabolo hac nocte
animam tuam repetunt a te. que autem
parasti cuius erunt. Sic est qui
sibi thesaurizat. et non est in
deum diues. Dixitque ad discipu
los suos. Ideo dico vobis. ne
liceat sollicitari esse anime vestre quid
manducetis. neque corpori vestro
quid induamini. Ecce plus est
quam esca et corpus plusquam ve
stimentum. Considerate corvos
quia non seminant neque metunt
quibus non est cellarium neque hor
reum. et deus pascit illos. Oratio

Inclina domine aurem tuam ad me et exaudi me. Saluum fac ser
uum tuum deus meus sperantem in
te miserere mihi domine quoniam ad te clamaui
tota die. Ps. Lenifica animam serui
tui quoniam ad te domine animam meam leuauimus.

Ecclesiam tuam domine mi
seratio continuata mundet
et muniat. et quia sine te non potest
salua consistere. tuo semper mu
nere gubernetur. Per dominum nostrum. Ad galathas. vi. cap.